UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XXXVI. De Eccelsiasticorvm Conuiuiorum frugalitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

Visual Library

uis sit. 1.Thess.2.v.9.Act.20.v.33. 2.Thess.3.v.8.Et [illegible] in epistolis 1.Thess.2. v.5.6.10. *se sanctè & sine [illegible] Christi Euangelio conuersatum* 2.Cor.12.13.15. *& non [illegible] de se, sed de discipulis quoq; suis hoc ipsum asserit: quod [illegible] miserit, qui ab Ecclesiis aut posset aliquid, aut vellet accipere. autem gratulatur in quibusdam epistolis, & mittentium [illegible] a beneuolentiam Dei appellat* Philip.4.v.10.14.18. *non [illegible] sibi congregat quam pauperibus Sanctorum, qui erant in [illegible] salem.* Hæc S. Hieron.

§. 3. D.Clemens in Apostolicis Constit.l.8. [illegible] aliam Ecclesiasticæ temperantiæ caussam affert: [illegible] rum vt Clerici aliorum incontinentiã & immoderat[illegible] onem queant coarguere, nam vacare debet culpa, [illegible] paratus est in alterum dicere. Verba S. Clemen[illegible] Pontificis & Martyris sunt ista: *Cum sitis Presbyteri, Diaconi Christi, sobrii esse debetis, & priuatim & cum [illegible] positis intemperantes coercere.*

C A P. XXXVI.

DE ECCLESIASTICORVM CONuiuiorum frugalitate.

Quæ in conuiuio vitia vitanda.

§ VT Ecclesiasticorum conuiuiorum rationem [illegible] modum rectum perspiciamus, operæpretium [illegible] erit Sanctorum Majorum nostrorum sententias & [illegible] creta ponere. Conc.Carthag.4.c.17. & habetur d. [illegible] c.8. *Episcopus vilem suppellectilem, & mensam, ac victum [illegible] perem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fidei & [illegible] ritis quærat.* Idem inculcat Conc.Trid.sess.25.c.1.de [illegible] form. S.Greg.l.2.ep. 37.ad Natalem Episcopum [illegible] betur d.44.c.7. *Conuiuia,* inquit, *quæ ex intentione [illegible] dendæ caritatis fiunt, recte sanctitas vestra in suis epistolis [illegible] Sed tamen sciendum est, quia tunc veraciter ex caritate [illegible] deunt: cum in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex [illegible] sione reprehenditur, & non in eis inanes sæcularium negotiorum fabulæ, sed verba lectionis sacræ audiuntur: cum non plus quam necesse est, seruitur corpori, sed sola infirmitas eius refertur, [illegible]*

Lectio sacra in conuiuio Ecclesiasticorum.

ad vsum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaq; si vos in vestris conuiuiis agitis, abstinentium fateor magistri estis.

§. S.Ioannes Chrysost. in serm. super illo: Concupiscentias carnis ne sectemur, quæ generant mortem. Et serm. 24. in epist. Rom. c. 15. Et carnis curam ne feceritis in desideriis. Non omninò negauerim conueniendum interdum esse & concœnandum, sed vt inhonesta & turpia interdicam, cupiamq; luxum in cibum conuerti, qui dolore, temulentia, & lasciuia careat, vtq; vel gentes intelligant; Christianos nosse delitiis modum facere, id est, modestè & temperanter his vti. Exultate, Propheta inquit Ps. 2. Domino in tremore. Qualis illa erit exultatio? Hymnos scil. pronunciare, orare, & Psalmos, pro seruilibus illis cantionibus introducere. Hoc pacto & Christus mensæ aderit, & dapes benedictione complebit, cum preces ad eum fuderis, cum spiritu decantabis, cum egenos ad victus communionem conuocaueris conuiuiisq; modum & temperantiam adhibebis. Si ex triclinio Dei domum effeceris, proq; immoderatis & intempestiuis clamoribus hisce & plausibus, dominum extuleris. Neq; id dixeris extare hoc tempore alias conuiuandi leges: quin potius corrigenda perteerunt, quæ se haud recte habuerunt. Si enim Paulus inquit 1.Cor.10. cibum sumitis aut potum, seu aliud quodcunq; agitis, omnia in laudem Dei facitote.

Quale conuiuium permittendum.

Frugalimensæ & interest & benedicit Christus.

Vt cœnaculum, templũ

§. Commodè hic subjungam S.Basilii interrogationem 196. in regulis breuius disput. Quomodo manducat quis & bibit ad gloriam Dei, & simul responsionem: Nimirum quando diuinorum beneficiorum erga se memoriam conseruat, & eiusmodi animi affectionem retinet, quæ ex compositione etiam corporis declaretur, vt ne tanquam securus omnino manducet, sed vt qui inspectorem habeat Deum. Et quando in sumendo cibo illud sibi propositum habet, vt non tanquam ventris mancipium, propter voluptatem manducet, sed tanquã operarius Dei, vt in operibus iis, quæ sunt ex mandato Christi, exequendis esse firmior possit. Euseb. Papa decreto 40. c. 10. Et Eutychia. Papa c. fin. Concil. Carthag. cap. 15. hunc in modum loquuntur: Oportet moderatis epulis contentum esse Sacerdotem, suosque conui-

Quis edat & bibat ad Dei gloriam.

Deus præsens in conuio cogitandus.

Sacerdos sobrietatis norma ad potum cibumq; neminem vrgeat.

Sacerdotis conuiuæ, egeni.

conuiuas ad comedendum & bibendum non vrgere, quin potius sobrietatis præbeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra spectacula, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur præstigia, adsint peregrini, & pauperes, & debiles, quæ de Sacerdotis mensa Christum benedicentes benedictionem percipiant. Idem Concil. 4. Carthag. c. 60. & 80. *Inter epulas cantantem Clericum excommunicationis sententiæ seueritate coercendum decernimus: Scurrilia, iocularia, risumq; mouentia verba quens acerrimè corripiatur.* Habetur dist. 46. cap. 6. Clericum.

§. Similia habentur dist. 44. c. 8. *Nullus Presbyterorum.* Et cap. 9. Quando ex Concil. Nanetensi. *Quando conueniunt presbyteri ad aliquod conuiuium aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat & cibum benedicat, et secundùm ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes, per vices cibum & potum benedicat: & aliquis de illorum Clericis aliquid de S. Scriptura legat. Post refectionem simul hymnum dicant ad exemplum Domini, sicut in cœna legitur* Matt. 26. v. 30. *& se contineant omnes presbyteri maximè in talibus locis, vt non vituperetur ministerium eorum.* Ne autem propter personæ vitium in vituperationem cadat & Sacerdotis officium, prohibetur ne Clerici tabernam ineant, nisi itineris aut necessitatis causa, dist. 44. c. 3. *Non operatur.* & cap. 4. *Nulli Clerico.*

S. lectio ad Clericorum mensam.

Ecclesiastici conuiuii proprietates.

§. Ex quibus haud difficulter intelligit vir Ecclesiasticus quale ipsius debeat esse conuiuium, nimirum in quo temperantia, modestia & decentia interna, exterius in omnib. obseruetur, & quidem 1. quod benedictione siue precatione inchoetur & gratiarum actione terminetur, vt à S. Chrysostom. didicimus, qui rursus hom. 79. ad Antioch. *Opus est nos & mensam petentes & desistentes Deo gratias agere. Mensa ab oratione sumit initium, & in orationem desinens nunquam deficiet, sed semper te largius omnia nobis afferet bona.* Sanctus Hieronymus epist.

epist.22.ad Eustochium cap.16. Nec cibi sumantur, nisi oratione præmissa: nec recedatur à mensa, nisi referatur creatori gratia. Quod & docet *S.Basil.epist.1.ad Gregor.Theologum, & habetur dist.44.cap.9. Quando. & cap.13. Non liceat.* 2. quod clericus, siue inuitator, siue inuitatus sit sobrietatis exemplum, vt monent *Eusebius & Euthichianus* summi Pōtifices, quod & *B.Theodoretus confirmat quæst.4. in Leuit. Temperantiæ typum sacerdotem esse oportet, ne præbeat occasionem conuitiari volentibus.* 3. vt à mensa absit ebrietas & lasciuia, vt monet *S.Ioan.Chrysost. & Concil.Nannetense*, absit & obtrectatio absentium, irrisio præsentium, mūdana & vana colloquia, vt docuit S. Gregor. *vt nemo vrgeatur ad potum; vt cum duobus summis Pontificibus sanxiuit Concil.4.Carthag.* 4. vt ad Dei gloriam & laudem cibus, potusque sumatur, vt *S.Paulus, Basilius, & Chrysostom.* nos instituerunt. 5. vt lectio Scripturæ S. siue altetius pii libelli mensæ adhibeatur; vt ex *Concil. Nannetensi* cognouimus, & constitutum est in *Concil.4.Toletano cap.7. & habetur dist.44.cap.12. Pro reuerentia Dei, & sacerdotum, id vniuersa constituit Synodus; vt* [quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi] *in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum immisceatur; per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.* Et vt loquitur B.Ignatius noster, dum corpus edēdo reficitur, sua etiam animæ refectio præbeatur. Neq; nam solo pane viuit homo, sed & in omni verbo, quod procedit de ore Dei, Deut.8. Mat.4. 6. Vt conuiuii eiusmodi participes sint egeni, quemadmodum nos exhortati sunt *S. Pontifices citati Conc. Carthaginense* 4. Sed *& ipse Saluator Lucæ 14. ver.12. Cum facis*, inquit, *prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte te & ipsi reuuitent, & fiat tibi retributio; sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cœcos, & beatus eris: quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.*

ſtorum, nimirum cum dicetur, *Venite benedicti Patris mei, poſsidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: eſurui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere*, &c.

Singularis B. Greg. in egenos benignitas.

§. Appoſito hoc declarandum eſt, exemplo non cuiuſuis viri Eccleſiaſtici, ſed S. Pontificis, de quo ita Diaconus in vita eius lib. 2. cap. 22. *Tantæ hoſpitalitatis Gregorius erat, vt exceptis his, quos tam per diuerſas regiones, quàm Eccleſiaſtica ſtipe nutriebat: ad menſam ſuam quotidie peregrinos quoslibet inuitaret, inter quos dum in vna manus aquam fundere voluit, is euanuit. Miranti ſanctum Gregorio Dominus eadem nocte per viſionem dixit: Cateruisabam me in membris meis, heſterno autem die me in meretrix ſuſcepiſti. Et cap. ſeq. 23. Cum inuitatis ad menſam eioſdem pauperes Gregorij Papæ duodecim peregrinis viſus eſt & tertius decimus, qui ſeorſum interrogatus, reſpondit, ſe angelum Dei, cum in paupere fragi ſpecie mendicanti, dediſti duodecim nummos, cum argenteam ſcutellam, quam tibi cum leguminibus miſerat Domina Syluia mater tua. Ex quo die decreuit tibi DEVS ſummum Pontificatum, & me perpetuum tuum cuſtodem conſtituit, vt quicquid petieris per me poſſes à DEO impetrare.* Hæc quam vtiliter Beatus Gregorius ſingulos in dies egenos ad menſam ſuam vocauit.

Quibus inſtructa fercula S. Auguſt. Epiſcopi menſa.

§. Hæc quæ de frugali Eccleſiaſtico conuiuio dicta ſunt ſuo exemplo cõprobauit magnus ille Eccleſiæ Doctor B. Aug. de quo eius diſcipulus, & annis fere quadraginta conuictor Poſsidius Calamenſ. Epiſcop. in vita ipſius 22. *Menſa vſus eſt frugali & parca, quæ quidem inter olera, olerib & legumina, etiam carnes aliquando propter hoſpites, vel propter infirmiores continebat. Semper autem vinum habebat, de quo carnib. vſumendo Apoſtoli extat ſententia ad Timoth. 1. ep. 5. v. 13. Vſus B. Aug. bentis ac dicentis: Noli vſque adhuc aquam bibere, ſed vino modico vtere propter ſtomachum & frequentes tuas infirmitates. S. Aug. mũda ſed curta Cochlearibus tantum argenteis vtens, cætera vaſa, quibus mensæ inferebantur cibi vel teſtea, vel lignea, vel marmorea erant.*

ſupellex.

non tamẽ necessitatis inopia, sed proposito voluntatis. Sed & hospitalitatem semper exhibuit. Et in ipsa mensa magis lectionem vel disputationem, quam epulationem potationemq; diligebat, & contra pestilentiam humanæ consuetudinis in ea ita scriptum habebat.

Hospitalis B. Aug. mẽsa, & vel lectione vel dissertatione condita.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Obtrectationis intolerãs mensa D. Aug.

Et ideo omnem conuiuam à superfluis & noxiis fabulis, & detractionibus sese abstinere debere admonebat. Nam & quosdam suos familiarissimos Coepiscopos illius scripturæ oblitos, & contra eam loquentes tam asperè aliquando reprehẽdit commotus, vt diceret aut delendos illos de mensa versus, aut se de media refectione ad suum cubiculum surrecturum. Quod ego & alii, qui illi mensæ interfuimus, experti sumus. Cap. 23. Pauperum vero semper memor erat, eisq; inde erogabat, vnde & sibi suisq; omnibus secum habitantibus erogabatur.

Quib. ipse S. Aug. vescebatur cibis, iisdem pascebat egenos.

CAPVT XXXVII.

ECCLESIASTICAE TEMPERANTIAE EXempla proferuntur.

§. NON quorumcunq; hominum victui ac potioni moderãtium exẽpla producenda sunt, quãdo enim finis esset? sed aliquorum tantum sacrorũ, ac Deo dedicatorum. Ezech. 45. v. 21. *Vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius.* Ier. 35. v. 6. & 19. *Rechabitæ schyphos & calices vino plenos, cum ipsis propinarentur, respuerunt. Non bibemus vinum,* inquiunt, *quia Ionadab filius Rechab, pater noster præcepit nobis dicens: Non bibetis vinum vos, & filii vestri vsque in sempiternum.* Quamobrem & à Domino merentur audire: *Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.* Sobrius dignus diuino conspectu.

Rechabitæ.

Christus sũmus noster Pontif. temperãtissim.

§. Liberator noster *sacerdos secundum ordinem Melchis.* temperantissimus, idcirco conuiuia subinde adiit, vt